



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma, Sive Avrea Armilla Bartholomæi Fvmi Placentini,
ordinis Prædicatorum, ac hæreticæ prauitatis Inquisitoris**

Fumo, Bartolomeo

Antverpiae, 1570

Citatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30427

C I T A T I O

et aliquid , per quod alterius peccatum auditum in confessione manifestetur: non tenetur de eo confiteri, etiam si sit mortale, sed sufficit contrito, donec possit habere copiam alterius confessoris, cum quo possit consteri sine tali revelatione. hæc Pet. de Palud. 4 distinction. 21. Caiet tamen in ver. confessio, in terra conditione, dicit, quod nullo modo debet confitei illam circumstantiam, per quam venit in cognitionem personæ, quia confessio non debet fieri cum iactura aliena. & in tali casu, potest vel differre confessionem, vel de alijs confiteari, & hæc opinio satis æquitati consonat viderur, debet tamen prius omnia facere quæ potest, secundum regulas, quas ibi dat Caietan.

vt mutare habitum, vel extra terram suam ire, vel huiusmodi quantum potest facere.

¹² C I R C U N S T A N T I A peccati, quando quis peccat cum ea persona, quam audiuit in confessione, est de necessitate confixa. secundum Thos secunda secundæ. q. 154. a. 10. ad secundum infra. Sacrilegium. §. 1.

¹³ P E C C A T U M habens plures deformitates, vel circumstantias diuersarum specierum, vt si quis furetur in ecclesia, vt fornicetur, vel occidat hominem, vt ipsum spoliat. secundum Th. in questionibus de ver. q. 23. a. 7. ad secundū Ma. q. 2. a. 6. ad duodecimū. a. 7. in cor est vnum tantū, sed hæc plures circumstantiae sunt de necessitate confitend. Quidā tamen dicunt esse plura peccata, quod verum est, quo ad differentiam formalem, non autem quo ad materiale, & numerum.

C I T A T I O .

¹⁴ C I T A T I O , quæ est ante iudicem iuridica vocatio, quatuor modis potest fieri. Primo: per nuntiū, vel literas citatorias. Secundo: per preconem. Tertio: per edictum: vt in cle. 1. de iud. Quartò, ex dispositiōe iuris tribus editiis, vel uno peremptorio, quod tantum temporis continere debet, quem tria editiā, nisi vrgeat necessitas. e. i. de dilatio. in gl. vbi dicit Pa. quod

terminus diceretur breuis ad iudicis arbitrium, considerata causæ qualitate, & locorum distantia, & quando iudex abbreviaret, poterit appellari. suprā, Appellatio. §. 13.

¹⁵ N O N sufficit una citatio peremptoria, quando secundum iura, tria requiritur, vbi agitur ad pœnam incurrandam: secundum Ioan. Andr. in c. ex tuæ de cle. non resi. quia in penitentiis verba debet strictè, & propriè intelligi. de iure iurand. capit. in nostra, Idem Panorm. in cap. fin. de vit. & honest. cleric.

¹⁶ S P A T I V M temporis in citatione, debet attendi secundum consuetudinem, vel ad iudicis arbitrium, licet alii lex habeat, quæ nō seruatur: secundum Pa. in d. c. fin. suprā.

¹⁷ Q V A N D O in citatione non ponitur peremptorium, citatus potest secundam, & tertiam exceptare: secundum Pan. vbi suprā, tamen non comparrens, potest condemnari in expensis factis.

¹⁸ C I T A T U S à iudice habet vim peremptorij: secundum Feli. in c. cōsuluit de offic. delega. col. 6. circa fin.

¹⁹ I V D I C E S moderni secundum Felii. in c. cūm nō ab homine. de iud. post Salic. inuenient bonam practicam: vt habita bona informatione per testes, incipiunt à citatione reali, & hoc maximè, quando timetur de fuga. vide Felii. in d. c. consuluit. col. 5.

²⁰ C I T A T U S , & corporaliter. impeditus, non tenetur per alium campare: secundum Pa. in c. in nomine domini. de test. & actus gestus eo absente, est ac si non fuisset citatus.

²¹ S E N T E N T I A lata contra non citatura villo modo, ipso iure est nulla. c. inter quatuor de maio. & obe. ideo non valet. secundum Car. in cle. pastoralis. §. denique. de re iudi. In facto tamen notorio, cūm certum sit absenti nullam cōpetere defensionem: secundum Pa. in c. causam. de reser. & in causa cūm sit de appell. potest fieri cōtra absentem non citatum, excepta sententia excommunicationis. ca. sacro. de sent. excom. & quando non citatur legitime



- ¹ secundum Car. vbi suprā, videtur quoddebeat haberi pro non facta, ca. bone el. 2. de elect.
- ² Si excessus sit notorius, etiam non citatus potest denunciari excommunicatus: secundum Pa. in c. peruenit. de appell. alias non.
- ³ Si iudex citet aliquem ad sententiam, dicendo sic, ad audiendam vocem, luntatem iudicis, vel intentionem, sequens sententia est nulla, tanquam si contra non citatum esset lata: secundum Feli. in c. consuluit de offic. del. col. 5. secus quando diceret, alias procedemus quantum de iure poterimus, vel, nisi veneris, ad sententiam procedetur, &c. tunc habet vim peremptorij.
- ⁴ PRÆLATE religionum possunt suos subditos etiam non citatos ab officijs deponere, suspēdere, & huiusmodi, si ita haberet corū confusudo, & cōstitutiones. no. in ca. cū speciali de apostol. vbi dicit Pa. quod dispositio. c. sacro. de sent. excom. non necessariō seruanda est in religiosis, contra suas obseruantias speciales.
- ⁵ C I T A T I O redditur nulla secundum glof. in c. si Episcopus. 3. q. 2. propter angusta tempora. & quando nō exprimitur causa citationis, quando nimis maturat peremptorium, & ratione temporis, ratione loci, ratione iudicis, & quia rescriptum apostolicum, non in ea inseritur. Vide infra, legatus. §. 1. &c. Tuttius tamen est citatum semper comparere, & iura vel priuilegia allegare, nisi ipsum non esse suum iudicem constet. in c. veniens de accusat. in glof.
- ⁶ C I T A T I O in die feriata, pro die non feriata, de iure non valet: secundum Pa. in ca. fin. de feri. & per l. dies festos C. de ferijs. Vnde secundum eundem Pa. ibi suprā, non valet, nec præceptum de citando, nec actus citationis, nec processus factus vigore talis citationis. Si tamen consuetudo sit in contrarium secundum eundem Pan. ibi est seruanda.
- ⁷ C I T A T I O facta die non feriata ad comparendum die feriata, non va-
- let, sed noua citatio debet fieri: secundum Pa. ibi suprā: nisi iudex eslet priuilegiatus ut de plano posset procedere, prout inquisitor hæreticæ prauitatis, & vbi proceditur ad punitionem criminis. Feli. in c. meminimus. de ac. en. col. 2. circa fi. & sententia facta in nocte non valet: secundum eundem Feli. in d. c. consuluit. col. 6. nisi necessitate, vel conuenientibus partibus, vel stante consuetudine contraria, & accessis luminaribus fieri debet, quianō exercentur iudicia in tenebris: secundum Feli. in d. c. consuluit.
- ⁸ I V D E X ecclesiasticus non citatur, vel non vocatum, vel non prius denuntiatum, quod ceciderit in excommunicationem, non potest denunciare excommunicatum: secundum Pa. in ca. peruenit. de appella. nisi excessus sit notorius.
- ⁹ I L C E T quis non possit appellare, à sententia iutis. vt in capitul. quia. de appellation. potest tamen appellare à sententia iudicis declarantis, quia illa declaratio est sententia hominis, nō iuris.
- ¹⁰ A d audiendam sententiam, non sufficit una citatio tantum. sed perenniorum, vel tria requiruntur. secundum Feli. in dict. ca. consuluit. col. 4. circa medium. Fallit tamen vbi summati proceditur, & de plano, quando citatus personaliter dixit se nolle comparere, vel præparauit se, iturus ad partes longinquas. Item in notoriis, & quando iudex proprio ore citauit, quando citandus se occultar, vel si citatur tyrannus, vel persona terribilis, quando citatur quis in Romana curia, & in omnibus casibus, vbi parte non citata potest procedi: secundum eundem Feli. vbi suprā. In citationibus religiosorum, attendenda sunt eorum constitutiones, & consuetudines.

CIVITAS.

¹¹ C I V I T A T I S nomine aliquando veniunt suburbia, ff. de verb. signi. l. 2. aliquando mille. Pan. autem in c. Rodolphus. de rescrip. dicit quod nomine ciuitatis, in materia stricta, &

g. 3 odiofa,